


enburg
1869





16
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.



DISPUTATIO INAUGURALIS
JURIDICA,

710.

1669, 8. xxxi.

De

PERSONIS AD JU-
DICIIUM PERTI-
NENTIBUS. 25

SUB PRÆSIDIO DIVINO

Auctoritate & decreto

Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi, atq;
Consultissimi Jctorum ordinis in floren-
tissima ac celeberrima

ARGENTORATENSIVM UNIVERSITATE

pro summis in utroque jure Honoribus & privilegiis Docto-
ralibus ritè legitimeque obtinendis

publicæ ac SOLENNI disquisitioni submissa

ab

ALEXANDRO JOH. GROLMANNO,

Marco Westphalo.

Ad diem Mensis Augusti.

Horis locoque consuetis.



ARGENTORATI,


Literis GEORGII ANDREÆ DOLHOPFFII

Imprimebat JOHANNES Schütz.

ANNO M. DC. LXIX.



DISECTIO IN AUGURALS



In nomine Domini, nostri Jesu Christi!

In die quo

Nullus est felix conatus, aut utilis impetum:

Am ubi Christus non est principium, ibi
nullus boni operis potest esse funda-
mentum. Glor. in Novell. i. ideo in no-
mine Jesu Christi, ipsiusque honoris re-
spectum hoc opus aggredior, in cuius
etiam nomine monente Imperatore Ju-
stiniano in l. 2. c. de offic. pref. Africae & l. 2. c. de N. E. o-
mnibus actus ac consilia adhibendi, ex hoc enim boni
initium, melius medium, optimumque habetur. Ita
Novell. de imp. pref. Rectissime in prolecatio dum ver-
lor, & rem ipsam antecedunt aggrediar, nominis huius
memor sum, iustum ut ita concludatur initium: princi-
pium enim, ut loquitur Imperator, in l. ff. de o. l. rei
potissima pars est, & res bene geritur atque comper-
ter, cuius principium sit decens atque amabile Deo. 4.
Novell. de imp. pref. orationem hanc pro principio, Disputa-
tionem hanc: De personis ad iud. imp. per scripturas; post
acta consilia examina, permittente Amplissimo at-
que Constantissimo iudice facultatis. Sciant, huius
a' in Universitatibus insinuat consilium, quod ne inordi-
nate sit primum perquam generaliter prolatum, &
causa redolente premissum sum

Deus

fm
stin
m
ini
No
son
me
piu
po
ter
No
tio
act
qu
aln
nat
à ca





In nomine Domini nostri JESU CHRISTI!

sine quo

Nullius est felix conatus, aut utilis unquam:



Am ubi Christus non est principium, ibi *Ingressus.*
 nullius boni operis potest esse funda-
 mentum. *Gloss. in Novell. 1.* ideo in no-
 mine Jesu Christi, ipsiusque honoris re-
 spectum hoc opus aggredior, in cujus
 etiam nomine, monente Imperatore Ju-
 stiniano, in *l. 2. C. de offic. pref. Afric. & l. 2. C. de V. I. E.* om-
 nes actus ac consilia ad eundem, ex hoc enim bonum
 initium, melius medium, optimusque habetur finis,
Novell. 6. in prefat. Rectissime in proscenio dum ver-
 sor, & rem ipsam antequam aggrediar, nominis hujus
 memor sum, justum ut ita consequar initium: princi-
 pium enim, uti loquitur Imperator, in *l. 2. ff. de O. I.* rei
 potissima pars est, & res benè geritur atque competen-
 ter, cujus principium fit decens atque amabile Deo, d.
Novell. 6. in pr. præmissoque hocce principio, Disputa-
 tionem hanc: *De personis ad Iudicium pertinentibus*; post
 acta consueta examina, permittente Amplissimo at-
 que Consultissimo, juridicæ facultatis Senatu, hujus
 almæ Universitatis instituere constitui, quod ne inordi-
 natè fiat, primum quædam generaliter prolaturus, &
 à causa requirente præmissurus sum.

A 2

Deus

Præloquium
generale.

DEus Opt. Max. iudicum iudex, uti primùm & im-
mediatè iudicia constituit, eaque legibus certis &
ordinationibus fundavit & firmavit: ita etiamnum ho-
diè mediatè per vicarios suos, qui sunt Reges, Princi-
pesque, & quicumque ex jure superioritatis huius orbis
domini, iudicia haberi atquè conservari curat & facit,
 n. 1. *Rom. 13.* Hi enim illius ministri existunt, non quidem
necessario, & quasi absq; illis regere atquè imperare
non potuisset seu posset; sed placitè & electitè, quia
 n. 2. ipsi ita placuit, hunc quoquè ordinem instituere; Sic
enim angelorum usus est, & utitur eorum ministerio,
eosquè tanquam internuncios & testes adhibuit, in
promulgatione legis. *Act. 7. vers. 53.* & *ad Gal. 3. vers. 19.*
præsentes enim erant, & Deo legislatori serviebant,
tonitrua excitando, tubisquè horronis clangendo,
cum per Moysen leges, secundum quas iustitiam admi-
nistrare, & ut populus viveret, imperare debebat. *Exod.*
20. vers. 12. publicabat & promulgabat.
 n. 3. Prout verò is populo præpositus non ex propria
authoritate sed Dei maximi instituto & ordinatione,
quide modo imperandi ab initio disposuit: *Gen. 1. vers.*
9. qui & eodem *libr. c. 9. v. 3.* magistratui vindictam præ-
cepit; ita post eum Josua & cæteri præpositi, & quidem
expressè, hodièque nostri Christiani regentens, quidam
quoquè immediatè, sed tamen tacitè, & paulò remo-
tius à Deo omnium Rectore suis præponuntur; qui-
dam verò mediatè, de quibus imprimis hac vice acturus
sum, talibus, quibus Deus dicit. *Ios. c. 1.* nunquam è con-
spectu ponite librū legū, sed nocte dieq; voluite, hosq;
eodem loco pios nominat, eamquè optimam rem-
publicam, cui tales gubernantes præpositi, ut verò tales
pii,

prii, ita subditi, quibus præpositi, si illis sine contumacia parent, eodem nomine designari possunt, quod & in honorariis habet locum ac veris civibus.

Unde & non solum magistratibus præscribendus erat modus imperandi, verum etiam civibus obtemperandi. Cic. lib. 3. de LL. id què omnibus gentibus probatum fuisse, & sacra & prophana historia testatur; Plutarchus in apophthegmatibus. refert, Demetrium Phalæreum, Ptolomæum admonuisse, ut integros commentarios sibi de modo rectè regnandi compararet atquè evolveret, & Gellius in lib. 14. c. 7. Marcum Varronem cum consulatum adeptus esset, integrum librum de habendo Senatu conscripsisse.

Quod & hodiè observatur, justitia enim, nisi ab authoritate alicujus, qui supremam habet potestatem, non potest suum consequi effectum. Cic. 2. de Republ. hinc quot sunt Respublicæ, tot debent esse potestatem habentes. id. ibid.

Et quamvis communiter in quacunque Republica unus solet esse supremus, attamen, quia hic solus omnia administrare nequit, suos ut habeat officiales & ministros delegatos & subdelegatos necesse est, qui, quæ peragunt imperando, non suo nomine, sed principis, ut ipsius delegati & officarii faciunt, est enim in illis respectus, ut in digitis ad brachia, brachiorum ad totum corpus, ut digiti brachiorum, hæc verò totius corporis mandata expediunt, ita & hi officarii supremi sui, habeantque sese necesse est, ut concordia in republica servetur, quare salutem publicam & beatam civium pro scopo habeant vitam, instar societatis, quæ amicitiam auget & propagat, jusque omne fovet, &

n. 4.

n. 5.

n. 6.

im-
is &
ho-
nci-
rbis
cit,
lem
care
quia
Sic
rio,
in
19.
nt,
do,
mi-
xod.
dar
pria
ne,
ers.
ræ-
em
am
no-
qui-
rus
on-
sq;
em-
ales
pii,

- n. 7. musices, quæ in cantu harmoniam tenet: id verò fit, judicando, sententias ferendo, exequendo, si enim quis nos lædit, sive in patrimonio, sive fama, sive corpore, & ita vel nos ipsos, vel illos, qui ad nos pertinent, nostraque protectione gaudent, ad iudicium, & qui huic præ-
- n. 8. sunt, confugiendum. Salom. *in Prov. c. 3.* ibiquè solatium quærendum, causaquè cognitâ, iustitiæ administratio seu cultus obtinendus: Hanc enim ob rationem Deus omnibus creaturis suos superiores dedit, hæc verò datio gaudet singulari verisimilitudine, convenientiaquè cum iure naturæ, divino humanoque, gentium & civili; ut enim monstrum & corpus sine capite, ita nihil sine rectore stabile durabileque, hinc Plato dicebat: *magis conducere non solum puero, sed & viro, regi à meliori, quam regere.* & Imper. noster in *J. impubes. 6. inst. de Attil. tur.* naturali rationi hoc conveniens esse dicit, ut is qui ipse sibi & rebus suis præesse non possit, alterius tutela regatur, idque etiam maximè necessarium, si hominis consideratur arrogantia, quæ ruinam præcedit, ut humiliatio glorificationem.
- n. 9.

*membrum
primum.*

Iudicia hæc in unoquoquè regno constituenda sunt, ut privatorum lites decidantur, sceleraquè puniantur, quæ munera cum sint iustitiæ, eiusque sacerdotium tripartitum constitutum sit, hoc est, ex partibus & essentialibus, & naturalibus & accidentalibus constari, de singulis hic strictim acturus sum.

*persona prima
essentialis.*

Et primò partes essentielles, & sine quibus iudicium consistere non potest, quod spectat, constituunt iudicium personæ, & iudicantes seu *iudex*, & litigantes, qui *actor & reus*. De *iudice* itaque tanquam primaria persona primùm dicam: Iudex, qua nomen est

com-

compositum, ex voce iure, & verbo dicere, qui scil. ius dicit, hinc est iurisdictio, quæ est illa potestas ex officio competens iurisdicendi, & iudex est, qui hanc potestatem habet, hoc est, iurisdictioni præest, & litigantibus secundum normam iustitiæ ius dicit, per *tit. de off. iud. l. 74. de iud. l. 5. ff. de re iud.*

Uti autem causæ super quibus litigatur & iudicio agitur sunt distinctæ, & aliæ Ecclesiasticæ, aliæ seculares, aliæ publicæ, aliæ privatæ, aliæ criminales, aliæ civiles; ita & iudex, alius est Ecclesiasticus, alius secularis: alius in causis publicis, alius in privatis causis: alius causarum criminalium, alius civilium, alius minor, alius maior: confer Pompon. in *l. 2. ff. de orig. iur.* insuper iudex alius dicitur ordinarius, alius extraordinarius, seu delegatus, ordinarii iudices iterum variis designantur nominibus, ut Comites seu Graviones, olim temporeque antiquo Germanorum dicti, qui pagis præerant, Gova enim idem est, quod pagus: Cum autem inter ipsos pagos magna est differentia, propriè enim sic dictus est societas politica, ex duobus vel pluribus vicis collecta. Etenim scriptores latini, præsertim autem Iulius Cæsar, & qui hunc secuti sunt, Romani Historici alii, vocem hanc admodum latè extenderunt, ita ut etiam pro toto districtu ac collectione multorum vicorum comprehendente aliquot miliaria germanica acceperint & reportarint, sensuque hoc Helvetia fuit distincta in pagos, nempe Tigurinum, Bernensem &c. atque adhuc in pagos seu Govas divisa est, nempe in *Prißgöw / Suntgöw / Nordgöw.* videatur Marquard. Freher. in *orig. palatin.* sic in patria mea, officiatu vel satrapatus vulgariter ein *Ampf.* e. g. das *Ampf* *Bochumb/*

n. 1.

n. 2.

n. 3.

Bochumb / das Ampt Bonna / &c. dicitur, quibus vicis seu quo pago vel Gova, cum Comes seu Gravio solummodo præesse nequibat, suos habebant vice-comites, quos in vicinia patriæ meæ Gogravios appellant, alibi Schultetos, **Schulten oder Schulzen / oder Bawermeister.** Carpz. *de l. reg. C. 3. sect. 13. n. 24.* quod communiter in Palatinatu, Alsatia, Hassia & Saxonia fit. vide *diplom. Otton. apud Baron. tom. 9. p. 5.* mihi verò satisfacit vulgare illud omnibusque iuribus notum nomen,

n. 4. *definitio iudicis.* iudex. Qui est persona publica atque necessaria, publicæ salutis præsidens, administransque iustitiam petentibus, promovens bona, odioque prosequens mala, extraordinarii seu delegati iudices hodiè vulgo Commissarii vocantur, sunt, qui ad specialem aliquem dantur actum cum quibus affinitatem habent iudices compromissarii seu arbitrii, aut arbitratores. Sed loquimur hic de iudice, qui auctoritate publica utilitati publicæ præsidet, proptereaque publica est persona, & necessaria, ut suum cuique tribuat, iustitiamque administret, bene merentibus præmia, delinquentibus pœnas, quod propriè iustitiæ munus est, ut enim respublica foro indiguit, sic quoque iudice, qui forum facit, ac Imperator & Papa Romam, hocque contentiosissimum seculum imprimis eget, in quo meritò iuris exercetur rigor: ex minima enim sæpe iniuria maxima lis oritur. Polyb. *histor. lib. 3.* ita, ut nisi fora iudicesque essent, homines ad arma descenderent, illicoque gladios stringerent, & ita multos cives reipublicæ inutiles redderent, *spec. Saxon. lib. 2. art. 16.* cuius & locupletissimus Plato testis. *lib. 8. de LL.* testesque sunt Lacedæmonii & Athenienses *Ælian. var. histor. 12.* testes & scoti pictique existunt, quibus

bus canis interceptus calamitosissimi belli causa existi-
 tit. Buchan. *rer. scot. lib. 4.* nequitiamq; & invidiam vici-
 norum scivit atque advertit Hesiodus, cum dicebat:
bovem non periturum, nisi vicinus malus sit. Hinc nulla
 societas absque judiciis vel brevissimo tempore potest
 subsistere, idcirco necessitas requirit, ut iudex existat,
 ita, ut iustitia administrari, legesque executioni dari
 possint, volente finali causa iudicii, & id non tantum
 petentibus ex mercenario, sed & ipsius officium implo-
 rantibus ex nobili iudicis officio, quamvis singulatim
 & specialiter non petant. *l. 3. & 13. ff. de offic. pres.* quod
 legibus omissum est, non omitteretur religione iudican-
 tium. *l. quesitum. ff. de test.* ea enim suppleat, quæ legis-
 lator non movet. *l. unic. C. ut qua des. Adv. Gothof. ibid.*
 imo sine ullo petito inquirere potest, suum enim ut
 cuique tribuat, honesteque vivat & vivere alios faciat,
 ipsius officii est, sibi que provideat, ne quem lædat, sic
 enim iustitiam supprimeret, & injuriam promoveret,
 quod attinet verò habilitatem, dari possunt iudices, qui
 neque lege neque natura, neque moribus prohibentur.
l. 12. ff. de jud.

n. 6.

n. 7.

Requiritur etiam in iudice rerum experientia, sine
 illa enim scientia esse nequit, nec prudentia. Nam sci-
 entia mediante prudentes operantur. hinc Xeno-
 phon. *lib. 1. de inst. cyri.* eum sapientissimum esse oportere,
 inquit, qui hominem regere velit, nec sine ea, quia
 in singularibus versatur, causæ agendi nosci possunt,
 sine quibus prudentia nulla, per quam tamen Aristoteles
3. polit. 4. imperantes à parentibus distinguit, scil.
 quod virtus propria sit imperantis, prudentia, parentis
 vero, opinio vera.

n. 8. *requisita iudicis.*

B

Hinc



- n. 9. Hinc artem judicandi sine doctrina exerceri non posse inquit Chrysoft. 2. *ad Corinth. hom. 15.* imperiti legum & rerum usu indigni sunt munere judicandi. *l. 2. ff. quod quisq; juris. Novell. 82. præf. Gothof. in not. ibid.*
- n. 10. oportet enim judicem cognoscere & judicare de controversiis religionis: Nam divinum jus pars est publici juris. *l. 1. §. 2. ff. de just. & jure. Vinn. ad inst. in comment. de l. & l. §. 1. & juris de arte nisi artifex, nemo cognoscere potest.* Quid enim iudex illiteratus, nisi asinus coronatus? Hinc malè hodie plurimis in locis plebei quidam & mechanici, scribæ, præfecti parum docti, tyrones, terræ filii, novi homines, qui, ne nihil sapere videantur, unum aliquem ex vulgaribus pragmaticis in consilium adhibent, in quibus, ut quisque est indoctissimus, ita & audacissimus, huius vident oculis, quod hic somniavit, illi decernunt, jus & vim æquitatis ignorantes. *vid. Coth. vol. 1. resp 13 n. 49. & seq.* ejusmodi iudex inter advocatos & procuratores sedet, tanquam asinus inter simias, & nunc in hanc nunc in illam ab eis rapitur sententiam. *Wehner. obs. pract. l. 1. Verbo. Justitienswesen.* tum bene dicitur cum Augustino, *de civit. Dei lib. 19. c. 6.* ignorantia iudicis est calamitas innocentis. Vix enim fieri potest, ne iniquitas cum imperitia concurrat. *arg. l. 132. ff. de R. I.* Nam qui jura nescit, judicare nequit, judicare enim nihil aliud est, quam propositionem sive sententiam formare, secundum præcepta juris, quæ sunt vel generalia, id est, Romana, vel singularia, id est, statutaria. Quia enim ubique hodiè jus Romanum non servatur, sed unusquisque locus suis gaudet specialibus statutis, illud pro generali habetur, ita ut quod ex his decidi nequit, ex eo definiatur.

Qua-

II.

Quare & iudex per imperitiam iudicans litem suam facit, & ex quasi delicto tenetur in *pr. inst. de obl. qua quasi ex delict. l. 5. §. 4. ff. de obl. & act. l. ult. ff. de var. & extraord. cogn.* Add. Cic. 2. *de orat.* Hinc præstat iudicandi scientia iudicandi potestati, & qui dignus est, ut præsit iudicio, præstat iudici imperito. Nullum enim genus hominum in Republica perniciosius nocere potest, quam iudices, concreditâ sibi potestate abutentes. Oldekop. *decad. 1. q. 7. n. 23.*

n. 12.

Quomodo præterea iudex sese in iudicio ac officio gerere debeat iura edocent, abnoctare enim sub poena capitis prohibetur. *l. 15. ff. de offic. præf.* Gothof. *in not. ibid.* non nimis strenuum, neque nimis lenem & facilem sese in iudicio præbeat, neque contemnere permittat. *l. 19. ff. eod.* in iudicando quoque conscientiam adhibeat. Gothof. *in not. ad leg. 79. ff. de jud. l. unic. C. ut qua des. advoc.* vid. Gothof. *ibid.* & cogitet, sic agendum cum homine esse, quasi Deus videat, sciat se non magis alios iudicare, quam ipse iudicetur. *l. 14. C. de jud.* & quod ipsum oporteat boni ac innocentis viri fungi iudicio. *l. 4. §. 1. ff. de famil. ercisc.* neque suæ, neque suorum causæ sit iudex. *l. 10. ff. de iurisd.* quando hæ proponuntur, surgat. *l. 1. C. de off. civil. jud.* sese corrumpi non permittat. *l. 18. ff. de off. præf.* neque donationes acceptet, occasione enim huius ipsi tempore administrationis sine sanctione pragmatica ad id speciali proprias ædes ædificare non licet. *l. unic. in pr. de contract. jud.* nullo utetur personarum respectu seu qualitate considerata, nullasque spectet intercessiones, quorum plura adduci possent, sed brevitatis gratia transgrediuntur: quapropter antequam ad tribunal admittitur, ut juramen-

n. 13.

tum præstet, Imperator cavit, *l. 14. C. de jud.* sunt enim
 Dei ministri. *Rom. 13. v. 4. 1. Pet. 2. v. 14. 2. Paralip. 19. v. 16.*
 eo quoque *LL. 12. tabb. collimat. præceptio.* iusta im-
 peria sunt, iisque cives modeste ac sine recusatione
 parento, nam qui magistratui debitam non præstat
 obedientiam, suam lædit conscientiam, cui obtempe-
 randum ad aram usque, ei enim contrariantes ordina-
 tionem Dei resistunt. *Rom. 13. v. 2.* sed ut dictum, necesse est
 iudex ut sit verecundus, æquus ac cordatus, neque respi-
 ciat personas. His enim consideratis ab æquitate recedi-
 tur, & ob inæqualitatem dissidiis inter æquales, imo tan-
 dem seditionibus ansa suppeditatur. Nunquam vero
 contingere potest, ut male habeat Respublica, in qua vi-
 get pietas, regnat æquitas, & excolitur probitas. Hæ
 enim tres sunt charites illæ Christianæ, quæ si locum in
 civitate inveniunt, omnium honorum causæ & paren-
 tes existunt, quare & Philosophus, *1. Eth. 4.* iudicem ius-
 tum animatum appellat, ubi enim impietas, quæ non
 habeat iniustitiam concomitantem? sed, quàm iniusti-
 quàm impii nonnulli, reperiantur iudices, qui quiesce-
 re nequeunt, nisi mala & exitiosa expediant consilia,
 proh dolor! satis notum, & non rarò tales, per quos in-
 nocentium iustitia præfractè læditur. *C. quoniam. 11. in pr.*
& fin. X. de probat. D. D. Tabor *de test. princip. c. 5. §. 6.* co-
 medunt enim panes improborum & malitiæ vinum
 bibunt *Salom. c. 4.* inde sacratissimus Imperator Justinia-
 nus prohibet, ne illi, qui certum iudicem petat, detur. *l.*
47. ff. de jud. Enimverò quam parum hæc & similes caute-
 læ gerentur, communis experientia, naturæ magistra
 testatur, iudices sæpè quàm contrarientur naturæ,
 quæ omnibus æqua mater & nullis noverca dicitur,
 ut

ut verò speciem recti retineant, scelerosi isti legibus & rectæ rationi contrariam prætendunt consuetudinem, qui si in facto illicito aliquos saltim prævios habent, se satis superque illorum exemplo excusatos autumant. Neque verò excusat hic modus. Ne quidem plures hirundines hîc ver faciunt; multitudo enim errantium, non parit errori patrocinium; neque adfert veritati præiudicium. *l. unic. C. de errore calculi.* Et rectè Cyprian. *ad Inbaianum*, frustra quidem inquit, qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis opponunt, quasi consuetudo maior sit veritate, & Hieron. *in epist. ad Cel. asperam*, inquit, nobis & insuavem virtutum viam, nimia facit vitiorum consuetudo; sed qui talia causetur, ne queratur. Talium enim iudicium perpetuæ sunt doctes, arrogantia & ambitio, & cum ubiis secundum Tacitum, *de mor. German.* origine erubescunt. *l. 28.* Quin & secundaria est avaritia, & pessimè cum illa universitate agitur, cui Magistratus avarus atque ambitiosus præsidet, qui in omnibus suam tantum gloriam suamque commodum quærit. Sunt enim veluti hirudines quædam, bona subditorum exsugentes, & Rempublicam breviter tempore, si non planè perdentes, tamen miserè dilacerantes. Appositè Cic. *l. 2. off.* inquit, *Nullum vitium est tetrius avaritiâ, præsertim in gubernantibus, nam non modo turpe est, sed & sceleratum nefariumq.* Plutarch. *in vit. Ces. in præf.* appellat signum turbulentiæ. Magistratum tamen quorundam, non considerato hoc malo tandem eventuro, tanta est avaritia, ut nullum faciant terminum opibus privatorum inhiandi, & suos augendi. Varios enim modos Imperantes excogitant ad se rapiendi subditorum pecuniam. Hinc

n. 15.

n. 16.



n. 17.

Cato dixisse fertur, *maiores homines habere curam
 maris supii, quam vite*, quin & aliis laborant vitiis perfidi
 iudices, contumelia sc. quippe quâ subditos petunt,
 imò contemptu quoque graves sunt, quando Magistra-
 tus superbiæ vestigiis obtumescunt; & subditos, qui-
 bus tamen origine tenus similes plane existunt, vitupe-
 rant, exemplum habemus in Marii adversus Metellum
 indignatione. Hinc & iudicum avaritia pernitiosa toti
 reipublicæ provenit, ut cantent, cum Papa, referente
 Conrado Urspergensi; perversi illi iudices, Roma de-
 ducatur causa, sed non manu vacua, gaude mater no-
 stra Roma, cataractæ aperiuntur thesaurorum in terra,
 ut ad te confluant rivi & aggeres nummorum in magna
 copia, latere super iniquitate filiorum hominum, in
 compensationem tantorum malorum datur tibi pre-
 tium, iucundare super adiutrice tua discordia, quia
 erupit de puteo infernalis abyssi, ut accumulentur tibi
 multa pecuniarum præmia, habes quod semper sitisti,
 decanta cannicum, quia per malitiam hominum, non
 per tuam religionem vicisti, ad te trahit homines non
 ipsorum devotio, aut pura conscientia, sed scelerum
 multiplicium perpetratio, & litium decisio pretio com-
 parata, sed vâ reipublicæ, in qua sunt fora cum contu-
 meliis obnoxia & ad quævis vendibilia, vâque illis iu-
 dicibus, qui concentum antedictæ catilenæ, quam qui-
 dam magnus hoc tempore Politicus refert, exoptant
 atque quærunt, ea propterque iustitiam suffocant, mi-
 nimeque administrant, nam:

Indicabit iudices iudex generalis,

Ibi nihil proderit dignitas papalis,

Sive sit Episcopus, sive Cardinalis,

Rens

Reus condemnabitur, sic hic qualis qualis.

Ibi nihil proderit, quidquid allegare,

Neg, ad Apostolicam sedem appellare,

Reus condemnabitur nec dicetur quare.

Prouisum eapropter iudicibus, tam in iure priuato, quam publico, de salario, prout Conring. ex lib. 3. capitul. Anseg. refert sequenti modo: *Iudex partem suam accipiat de causa quam iudicat, dum rectum iudicat. eod. loco. Iudex si accepta pecunia male iudicaverit, damnum datum cogitur in duplum solvere, & 40. solid. in fiscum,* quod vero hodie arbitrarium puto & observavi, contra enim præcepta iuris legem offendit, & litem facit suam. l. 40. §. 1. ff. de iud. vide Gothofr. in not. ibid. loquuntur hunc in sensum alio loco ead. capitularia. *Nullus missus noster (missi erant proximiores principis) neq, Comes, neq, Scabinus, cuiuslibet iustitiam dilatare presumat, si statim adimpleta esse potuerit, secundum certitudinem, neq, premia pro hoc à quolibet homine, per aliquod ingenium malum presumat accipere, sed contemnitur, iustitia protelatur, iudices gratiosè acceptant munera, fiuntq, donivori, & sententias venales habent; ita excæcantur illorum oculi. Exod. 23. v. 8. Italis huiusmodi iudex Baratarius dicitur, qui propter pecuniam iustitiam baractat, hoc est, permutat, der das Rechte drehet/ Neviz. lib. 5. sylv. nupt. n. 94. Imper. noster. in Novell. 8. in pr. circa fin. hoc sacrorum eloquium rectè laudat, quod avaritia sit mater omnium malorum. 1. ad Timoth. 6. v. 10. Hateis ner Geld/ so ist er ein Held/ und der mit güldenem Apffeln werffen kan/ der behelt das Geld / dixerunt Germani nostri. vide Anth. de Guevar. part. 2. der güldenem Sendschreiben / Ising. in centur. O execrabiles mores! sed quod pessi-*

n. 18.

peffimum, Maleferiati hi Aleftores non puniuntur, sed foventur, contra ius naturale. Imò à quibusdam litigantes in desperationem adducuntur, ac denique ob pecuniæ lucrive tantulum, ad internecionem usque animæ, corporis & honoris, contra divina humanaque iura perducuntur, quando sub prætextu favoris eorum causæ, calumniando & tergiversando protelantur, & ad infinitatem diriguntur, quod dum fit, iudicia non sunt delubra æquitatis, sed foveæ fallaces & cæcæ, in quas si captus ceciderit quisquam, non, nisi per multa exiliet lustra; sicque intelligendus Petronius Arbiter Satyricus, dum ait:

*Quid faciant leges, ubi sola pecunia regnat;
At ubi paupertas, vincere nulla potest.*

Henscher. *de privileg. thes. 2. lit. B.*

n. 19.

Sed quid de esculentis? hæc approbat Ulpianus. *l. 6. in fin. ff. de off. procons. & l. 18. ff. de off. pres.* inquit Modestinus, plebiscito continetur, ut ne quis Præsidentis munus caperet, nisi esculentum, poculentumve, quod intra dies proximos prodigatur, & quia hæc quoque commovere & à via recti dimovere possent, disting. quod iudex illa quidem à provincialibus, non verò à litigantibus capere possit. vide Brunn. *de off. procons. q. 3.*

n. 20.

Hic quoque non ago de iudice, cui solummodò causæ cognitio committatur, sed & potestas definiendi; qui jure Magistratus gaudet, quod certis temporum spatiis fieri Imperator *l. 13. C. de jud.* præcepit; sed quas supra dixi, causæ, & iudicum vitia id non patiuntur, quare & lites in infinitum decurrunt, contra naturam, quæ in bonum cuncta dirigit, & nihil temerè, nihil frustra, sed sapienter propter finem agit omnia, summa
cum

cum mediis, media cum imiscopulat; hinc merito bona & sapiens audit; per istam quoque infinitatem salus publica destruitur, cujus conservationem natura maxime spectat, unde cauta illa & provida. Natura quoque paritatem geometricam servat, hinc æqua. Neque amat efficere per plura, quæ per pauciora efficere poterat,; unde prompta & expedita: pulcherrimoque ordine disponit cuncta, hinc ordinata & consonans. Infinitum renuit, & terminum quærit, ratio, quia propter finem operatur, quare certa & definita indigitatur, quæ si observarentur, non esset, quod querelis ansam præberet, quarum una hæc est, quam Conring. ex Lehman. refert: Es gehet bey der administration der Justiz-Sachen dermassen langsam und verzüglich her / daß die Gerichtliche process, bey eines Menschen Gedenden / ja oftmahls Kindes und Kindes-Kindern ganzen Lebzeiten zu ihren endtlichen Schluß / zu geschweigen Brtheil und execution, gelangen können / und also der finis justitiæ, ut jus suum cuique tribuatur, so gar dabey nicht erreicht wird / daß vielmehr contrario plane effectu, andern Bedrängten noch darzu / was sie anderwärts übrig haben / auffwenden und auffsehen müssen. Ita vero procedens sententia ab executione hac ratione quam longe abest contra legum virtutem, & quam vana est illius ira, vanumque officium, *Novel. 125. C. 1. ipsius enim est jubere, vetare, permittere, punire. l. 7. ff. de LL hæc enim legis virtus est, sine hac, censente Pomponio. l. 2. §. 13. ff. de or. jur. Jus & Judex frustra sunt in civitate, quare & Paulus absque coërcitione, jurisdictionem nullam pronuntiat. l. 5. §. 1. ff. de off. eius cui mand. est jurisd. Optimè Cic. pro p. sylla. statum reipublicæ rebus judicatis contineri, & in ore omnium est, legem & senten-*

C

tiam

n. 21.

.et. n.

.os. n.



niam sine executione campanam sine pistillo esse, Manz.
bell. civil. p. 2. q. 7. n. 33. uti & illud vulgatum, statuiren
 und nicht exequiren/ heisset nur die Städt vexiren. Zhan.
ichnog. municip. c. 37. n. 64. quanto vero magis illi iudi-
 ces, qui ferme nunquam pronunciant, cum tamen ju-
 dicis sit judicare, castigandi, sed etiam causam minoris
 pretii ad alios locos, & uti loquuntur, ad impartialia
 transmittunt, decidendi gratia, partibusque litiganti-
 bus ita magnos causantur sumptus. Hoc vero evenit,
 teste Michael. *piccolim. c. 3. com. ad lib. 5. polit. Arist.* quan-
 do indigni futuris honoribus decorantur, fiuntque iu-
 dices, vel quando unus seu plures, summo constituti
 sunt loco, cæteris eruditioribus exclusis, vel si aliquis
 qui debebat honorari quemque ordo deposcebat, sup-
 plantatur per alios, qui jam in dignitate minime meri-
 ta versantur, hæc enim ratio Catilinam ad nefariam il-
 lam conjurationem impulit, Rectius Veneti, teste Ca-
 spar. *Contar. lib. 1. descript. Reipubl. Venet.* Reipublicæ
 consulunt. Ita enim inter eorum cives honores distri-
 buuntur, ut jus publicæ potestatis ad plures simul perti-
 neat; idque observant, quod omnibus foris & statibus
 observari ratione naturali præstat, duo enim consan-
 guinei seu eiusdem gentis, in eodem Magistratu esse
 nequeunt, nec tales duo electores esse queunt; Væ ita-
 que iudicibus, qui committendo & omittendo jura of-
 fendunt, ut inde immortalitas controvertendi nasca-
 tur, fitque ut non solum res familiares & nunquam
 reditura tempora inutiliter consumantur, sed etiam
 amicitia distrahantur, succrescant odia, ex litigatori-
 bus paulatim in utriusque familiam diffusa, tandem ex
 lite non ita magna, totius Reipublicæ tranquillitas dis-
 turbetur: sed hæc hæc hactenus de iudice. Perga-

Pergamus ad alteram personam, quæ *Actor* dicitur, Germanicè *ein Kläger* / in civilibus scilicet, si verò ^{Secunda persona judici.} criminaliter quis agat, accusator, *ein Ankläger*. Sine actore enim iudicium esse nequit. *l. 62. ff. de jud.* Nulli enim lis esse potest, ubi non sunt litigantes, id est, actor & reus. Hinc actor dicitur, qui contra alium in iudicio agit, sive qui alium accusat, hinc & lis aliquando pro iudicio accipitur, nec requiritur, ut unus tantum sit actor, aliquando enim plures existunt. e. g. Si cohæredes agunt, & si uno agente tertius interveniat. Litis autem contestatio instar contractus sese habet; qui sine pacto nunquam est, adeoque nunquam sine pluribus. *arg. l. 1. §. 2. ff. de pact.* Dicitur autem *actor*, ab *agendo*, quòd alicui in iudicio controversiam moveat, seu qui litem intendat, actionem proponat, & prius ad iudicium provocat. *l. 13. l. 29. de jud.* tam in duplicibus, quam simplicibus iudiciis. In duplicibus quamvis controversetur inter Dd. quisnam sit actor, nempe in l. diffamari. fam. ercis. comm. divid. fin. regund. & uterque actor & reus dicatur. *l. 13. & seq. l. 29. ff. de jud.* id verò potentialiter verum est, non actualiter. Hinc bene concludendum, eum qui provocaverit prius, aliumque soleat citare (quod olim fiebat obtorto collo, hodie verò per implorationem, & nuncium iudiciale) actorem esse. *pr. inst. de act.* Sed observandum in hac materia, aliud esse iudicium præparans, quod instituit diffamatus implorando officium sui iudicis, ob inquietudinem ei factam, & dicitur diffamationis, hicque diffamatus habetur pro actore. Zanger. *de except. part. 2. c. 13. n. 2.* Geil. *in obs. II. n. 3. & 4.* Panorm. *in C. in presentia de probat.* Boer. *decis. 255.* Klock. *de contrib. C. 19. n.*

C 2

260.

260. & seq. implorans enim hic primus est provocans, & ita per implorationem fit actor, & male dubitari hic à Magnifico Dn. D. Richtero *in decis. censeo. decis. 100.* num imploratio faciat actorem, hoc in casu? Nec obstat, in ipsius provocati, seu diffamantis voluntate esse, num comparere velit nec ne? Id enim in omnibus potest fieri judiciis, omnis enim reus sese contumacem potest præbere, non verò impunè, interim seu veniat seu non, diffamatus hic prius provocavit, actorque manet.
- n. 5. Aliud autem præparatum, sive causæ principalis, quod actionis dicitur, hoc verò à priore separatum est iudicium, & quamvis diffamationis modo pendeat, hoc non facit pendens, neque huic præventionem acquirit, hinc sequitur, non semper in ambobus his iudiciis diffamatum esse actorem, sed in hoc posse eum esse reum, si verò ambo simul provocant, res forte expedienda atque dirimenda, Reyger. *in process. disp. 1. thes. 46.*
- n. 6. Actor ab initio semper est volens, nunquam invitus, secundum regulam: neminem invitum agere compelli. Vult. 2. *Iurispr. Rom. n. 34. §. hic ab initio.* Cuique tamen agere licet, exceptis his, qui legitimam personam standi in iudicio non habent. *1. tit. C. qui legit. person. standi in iudic. non habent.* hinc & tenetur suam in iudicio legitimare personam, quam legitimationem si omittit, iudex hunc defectum ex officio supplere solet. Sichard. *in l. 24. n. 2. C. de procurat.* Quidam verò prohibentur planè litigare, seu in iudicio postulare, de quibus latius & fusius vid. Umm. *ad process. disp. 1. thes. 14.* Actoris verò prima habetur in iudicio ratio, itaque necesse est, ut libellum validum proferat, ad quem reus vel planè abnuendo vel excipiendo & limitando respon-

spondeat; illius est replicare, triplicare, & deinceps. primoque concludere, jurare de calumnia, intentata probare, graviusque reo labitur, si probare nequit, vel contumacem se præbet, hodieque si possessionatus non est, satisfacere fidei iussoribus præstitis, tenetur. *Novel. 112. c. 2.* in dubio illius actus in partem meliorem interpretandus. *Gail. 2. obs. 110. n. 3.* rei forum sequitur, si in rem siue in personam agat. *l. ult. C. ubi in rem actio.* Calliditate, si iustam mouet causam, victoriam quærere potest, cum vulpibus enim vulpinandum, & fraus fraude repellenda. *Cubach. in cent. quæst. illustr. in disp. 1. q. 5.* sic iudex potest uti ad investigandam veritatem calliditate. *C. si qualibet 20. 21. 22. q. 7.* clavus enim clavo pellatur, & fallacia alia, aliam trudit, **eine Behendigkeit umb die andere:** cautelis siue captionibus ad mala avertenda, non autem facienda utendum est, **Es gehöret auff einen harten Knopff auffzulösen / ein spitziger Löser:** Hæc est illa calliditas, quam Latini dolum bonum, vel piam fraudem appellant, sunt enim dolus & fraus, calliditasque verba *μετα*, quæ sine adiectione quidem malitiam & perversitatem significant, interdum tamen pro negotii qualitate, in bonam partem interpretari convenit, sicuti neque venenum, pharmacum & medicamentum semper bonum aut malum significant. *l. 136. de V. S. l. 35. §. 2. de contrah. empt. l. 3. §. 1. & 2. ad l. Cornel. de sicar.* Istiusmodi calliditas solertia quædam est, qua quis maxime adversus hostem latronemque machinatur. *l. 1. §. 3. ff. de dolo malo. V. C.* Si quis vel fallacia hostium evadat potestatem. *l. 26. ff. de capt. postil.* & hæc de actore brevibus dixisse sufficiat.

n. 8.

n. 9.

Attingenda & tertia persona essentialis iudicium *Tertia persona*
 C 3 faci- *Judicii.*



faciens atque constituens, quæ *Reus* dicitur. Possunt autem omnes fieri *Rei*, tam in civilibus, quam criminalibus causis, si paucas excipias personas, de quibus videatur. Umm. *disp. 1. ad process. thes. 15.* quo me brevitatis gratia remitto. Necesse vero est, in omni iudicio reum aliquem esse, sive præsens sit, sive absens. Vult. 2. *Rom. Jurispr. n. 39. §. & in omni.* Sichard. *ad Rubr. cod. de jud. n. 2.* est verò persona, contra quam agitur in iudicio, seu quæ accusatur, quod & invito fit, in ipsum enim invitum iudicium exponitur. *l. 83. §. 1. ff. de verbor. obl. ubi Duar. quem omninò vid. Sichard. in l. licet. l. n. 3. in fin. & auth. ad hæc. n. 9. C. de jud. Schrader. in tract. feud. part. 10. sect. 15. n. 11.* hinc in iudicium pulsatus dicitur, propria olim autoritate actor reum in ius vocabat, & reuientem trahere ac compellere poterat. Hodie verò secundum *Juris Canonici* ordinem processus instituitur, qui reum civiliter jubet & præcipit citari, citatus verò ut compareat necesse habet, nisi enim id fecerit, contumaciam incurret; quod fit modis 1. scilicet non veniendo. *l. 53. de R. jud. si tribus vicibus citatus emanet & sui præsentiam non facit. 2. non respondendo. l. 3. de etate. §. qui tacuit. ff. de interrog. act. c. 2. de confess. in 6to.* quemadmodum actor in non agendo; contumacia verò illius punitur, missione in possessionem, tam ex secundo, quam primo decreto. Duplex est verò contumacia, vel vera, vel præsumpta: vera, & quando peremptoriè citatus, expressè respondet, se nolle venire, hic non potest appellare, neque restitui contra eam *l. 53. de jud. Besold. de appel. c. 6. §. 4.* Præsumpta, quando ad domum vel proclama citatus, ita ut præsumi possit, notitiam citationis ad eum pervenisse, non

non venit, tum vero ei appellatio decendii libera, & petitio restitutionis. *Cævall. q. 412. comm. contra comm.* illius est excipere, hæc enim purgandi ac defendendi ratio ad eò omnibus ex sui ipsius unicuique insito amore innata est, ut nullum ferè tam grave, tam enorme factum facinusve sit, cuius ipse auctor non quærat patrocinium, ita semper aliquid est, quod crimini, quod peccatis, quod erroribus prætexamus, sed tam rei est suam probare exceptionem, quam actoris, suam actionem, iudicisque boni, perspicacis & acuri, ea promovere. *l. 9. C. de jud.*

Transeo nunc ad secundam hujus meæ dissertationis partem, quæ agit de personis judicialibus naturalibus, tam ratione formalitatis, quam auctoritatis, & tamen ad essentiam illius nihil faciunt, neque pro simplicibus accidentalibus habendæ. Per auctoritatem enim iudicium potissimum servatur; hinc & iudici injure, quomodo se gerere debeat, expresse præscriptum est, quod ex prioribus patescit, quo fit remissio.

Membrum secundum.

Primam personam judicialem propriam seu naturalem facio actuarium, seu scribam, iudicii notarium, den *Gerichtschreibern* / illorum scribarum multifaria sunt genera ac officia, ego verò hic tantum de iudiciorum Notario tracto, qui alias Cancellarius seu exceptor appellatur, & in scribatum constituitur *l. 4. C. de appell.* qui ad acta judicialia deputatur, & quicquid in iudicio tractatur concipiendum. *C. quoniam contra falsam assertionem. n. X de probat.* illum ita definio, quod sit persona judicialis, præposita actis judicialibus, scribendis dirigendisque, quæ in iudicio proponuntur, unde & actuarium appellatur. Hic, quando instituitur, solet

Prima persona naturalis.

n. I.

Definitio.

solet ad Sacramentum redigi, hanc videlicet ob causam, ut fideliter in officio suo procedat. *Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 2. c. 2. n. 293.* præter conscriptionem gestorum judicialium, & eorum ad acta publica vulgò protocollum relationem, nihil dicere aut facere potest, modo suo officio rectè fungi fideliterque procedere conatur, pro muta enim persona in judicio habetur, & ut minister judicialis detecto ac nudato capite sua expedire cogitur, præterea instrumenta publica conscribit & conficit, actaque judicii recitat. *l. 1. C. ut nemo ad suum patrocini. l. 2. C. de Eunuch. l. 17. C. de fide instrum.*

Secunda persona naturalis.

Secunda persona judicialis naturalis seu propria est, pedellus seu nuncius, *der Gerichtsbothe oder Diener* qui ita etiam ad iudicium requiritur necessario, ut sine magna iudicis iudicii que auctoritatis labe difficillimè, imò minimè abesse possit, ut enim suam conservet auctoritatem iudex, multum interest. *hinc & in l. 11. ff. de just. & jure.* ad jurisdictionem seu redditionem solennis requiritur locus, quod inter alia adducere lubuit,

n. 1.

plura enim superius adducta. Non verò pro essentiali capitur. Per hanc enim partes iudicium constituentes in jus seu iudicium vocandi. Hic variis denominationibus in jure describitur atque exprimitur, quarum sequentes adduco, aliquando enim apparitor appellatur. *l. apparitores. C. de apparit. aliquando executor. l. execut. C. de execut. rer. jud. nuncius, cursor & viator. l. magis*

n. 2.

puto §. ne tamen 13. de reb. eor. qui sub tut. Imò quandoque aliis appellationibus & verbis denotatur; sed nihil refert, num res proprio significetur nomine, an digito indicetur, seu vocabulis quibusdam ostendatur, demonstratio enim talis vice fungitur nominis. *l. 6. ff. de reb.*

reb. cred. Quoniam verò quædam inter illas significationes seu nominationes sunt, quæ vix nuncio nostro applicari possunt, manebo apud vulgarem & in frontispicio positam denominationem, *Gerichtsbotten* sc. quodque illius attinet homonymica non tangam, ne metam excedam, itaque definire placuit, quod sit persona judicialis, ea, quæ in judiciis fieri debent, ex commissione judicis litigantibus, aliisvè denunciatis, atque expediens. *l. 33. §. 5. C. de Episc. & Cleric.* Huic magna adscribitur fides, puta in negotiis judicialibus expediendis, quando scilicet de eorum refert expeditione, quod necessario fit, quia actus est substantialis. *Baldwin. in l. fin. C. de fer. & nisi ea fiat, commissus actus nullus est.* Referre verò debet, quis tenor fuerit actus, ubinam loco sit expeditus, quo tempore & cui; tùm illi creditur & credendum, quamvis alias uni testi non credatur, quia pro nullo reputatur; hoc verò in casu soli nuncio creditur. Rationem tradit *Besold.* quia sit publica persona, & publica auctoritate in hoc officium assumpta; ego verò hanc esse puto, quia supèr officio teneatur jurare. *l. 20. C. de fid. instrum.* quodque jure camerale provisum est, *tit. 48.* idque benè constituta judicia observant. Nam quia juravit, magna ipsi fidelitas tribuitur, nisi contrarium in aprico sit. *vid. arg. d. l. 20. merces illius sportula vocatur. Petr. Gregor. in syntagm. jur. lib. 47. cap. 40.*

Si verò officium, seu sibi commissa non rectè expedit, ea suis sumptibus de novo expedire tenetur, id vel fiat culpa vel imperitia, committendo vel omittendo, perindè est, *vid. die Kaiserliche Cammergerichtsordnung.*

n. 3.
Definitio.

n. 4.

n. 5.

n. 6.

nung. p. 1. tit. wie und welcher gestalt. 38. §. Wir wollen auch. *fin. Marant. p. 6. tit. de cit. n. 124.*

n. 7.

Quamvis & infames admitti nuncios posse quidam tradant, præsertim Marant. Bart. & c. tamen ut personæ creentur divites & approbatæ volunt *Dd. per auth. de jud. vid. Vmm. disput. 3. num. ult. de process.*

Membrum
tertium.

Persona pri-
ma accidenta-
lis.

n. 1.

Definitio.

Tertia huius dissertationis pars agit de personis ad iudicium pertinentibus merè accidentalibus, quarum prima est Assessor, quia iudicio & iudici assidet, indeque nomen sortitus est, cum hoc æquiparantur atque confunduntur hodiè Senatores, Rath/ Beyfizer/ Scabini, Consilarii prout notum cuique, & *l. 5. ff. de assessor. confirmatur. Wes. in paratitl. de assessor.* quare definitur consiliarius iudicis, qui eidem in causæ cognitione assidet, adque iudicandum & causam dirimendam rectè instituit. *l. 1. & 5. eod. tit. l. 3. 7. 10. C. eod. Novell. 60. c. 2. pr. Germanicè ein Beyfizer.*

n. 2.

Est autem persona merè accidentalis, quæ ad & abesse iudicio potest salvo eo, quodque hodiè quotidiana testatur experientia, simpliciter enim ad cognoscendum & informandum non verò iudicandum iudici assident. *l. 4. ff. de assessor.* quare nec subscribere potest, *l. 2. C. eod. tit.* requiritur verò in illo scientia juris, tenetur enim tam ob imperitiam quam dolum. *l. 2. ff. quod quisq. juris.*

n. 3.

Hodiè verò iudex assessori suo committere causæ cognitionem potest, ipsiusque potestatem ipsi in tantum delegare, ut tamen ipsi se ruetur cognitio ultima & sententiæ seu cognitionis illius assessoris publicatio. *auth. ad hac. C. de jud. Nov. 60. c. 2. Hahn. ad Wesenb. de assessor.*

assessor. requiritur quoque, quod sit homo quem titan ex meliori fecit luto, non improbus aut infamis. *l. 2. C. de dignit. l. 1. 2. ff. de assessor.*

Secunda persona iudicii merè accidentalis est Ad- *Secunda per-
sona acciden-
talis.*
vocatus parti litiganti, vel auctori, vel Reo accedens, dictus ab advocando, quòd iudicem pro administratione iustitiæ advocet, idque pro alio, quare secundum quid cum postulatore concurrit, & causæ patronus in iudicio pro alio postulans, existit. *l. 5. C. de Advocat. diversor. jud. & ibi Dd.* Est autem hoc officium nobile atque laudabile, ideò inventum, ut illi auxilium habeant, qui suum tueri ipsimet suamque causam dicere nesciunt. *l. 4. C. eod. tit.* imò & publicum est. *l. 2. Verb. postulare. ff. de R. l.* quare & ad susceptionem patrocini alicuius causæ invitus tenetur, sub pœna carentiæ fori. *l. 7. C. de advoc. & privationis officii. Mynsing. cent. 4. observ. 32. Gail. 1. obs. 45.* Nam ad publica munera inviti coguntur. *Rosbach. prax. civil. tit. 18. n. 11 l. 1. in pr. ff. de administr. tutel. l. 1. ff. de muner.* nisi justam habeant excusationem.

Sed hodiè solent quibusdam in foris & locis certi quidam Advocati certusque numerus constitui, cuius exemplum tradit nobis Camera imperialis, quos Advocatos. *Bach. ad Wesd. tit. n. 1.* rectè intelligit; hæc vero datio Advocati invita fit à Magistratu, illis, qui ob paupertatem vel ambitionem adversarii Advocatum accipere nequeunt. *Manz. de advo. n. 1.* providere etiam tenetur iudex ne periti Advocati ab una parte solum stent, & ex inopia boni patrocini altera pars damnum patiatur. *l. 7. C. de postul. sed æqualem facere distributionem. Wes. C. de Advoc. n. 2.*

D 2

Pro

n. 1.

n. 2.

n. 3.

- n. 4. Pro patrocinio suo accipiat Advocatus competens salarium ab illo, qui petit. *Wesenb. d. l. n. 2. per l. 1. §. in honorariis 10. ff. de var. & extraord. cognit.* quando vero clientes tennioris sunt conditionis, tūm vel advocati gratis inservire debent, ut tamen justitia administretur. *Gail. 1. obs. 45. n. 18. Mynsing. 4. obs. 32. ord. camer. p. 1. tit. 19. §. auff daß auch.* vel magistratus sumptus & salarium ex arario suppeditabit. *d. loco. n. 15.*
- n. 5. Sed hodiè huic rei aliter provisum est in quibusdam judiciis, ubi sc. ad tales causas speciales constituti sunt Advocati, qui ex publicis salariis obtinent. *vid. Manz. d. loco. n. 7.* vel tenentur expectare, donec lis sit finita; & si tūm obtinent pauperes, ad pinguiorem conditionem pervenisse censentur, atque ita sumptus solvere coguntur, si verò non obtinent sententiam Advocati ex publico eos accipiunt. Sed Advocati de jure ad definitivam usque tenentur causa patrocinari. *l. properandum C. de jud.* & hodiè tenentur in camera jurare, quod ad definitionem usque in causa perseverare velint. *ord. cam. p. 1. tit. 62. & 64. in fin.* ita nec litigator sine præganti ratione Advocatum recusare & repudiare potest. *d. l. 13.* quod tamen aliter hodiè servatur, ad causam etiam secundum præscriptum modum. *in l. 14. §. patroni C. de jud.* jurare tenentur, quod verò hodiè non attenditur, in eam era verò semel quando ad officium hoc acceptantur, jurant. *vid. ord. cam. p. 1. tit. 62. & 64.*
- n. 6.
- n. 7.
- n. 8. Quidquid Advocatus presenti cliente in foro dicit seu proponit, id ratum habere clientem præsumitur, ita ut postea non possit allegare ignorantiam *per l. 1. C. de*

C. de error. Advocat. sed necesse est ut statim cliens de hoc & ipsius dissensu protestetur, quodque intra triduum fieri potest. *l. 3. C. eod.*

Quando etiam abest Advocatus, pro contumace non habendus est cliens. *Card. Tusch. lit. a. conclus. 231.* quod ex hac etiam sequitur ratione, quia clienti ad quaerendum Advocatum danda sunt induciae. *Gloss. post textum. in cap. 1. vers. Advocatus ext. ut cit. non contest.* possent adhuc multa de Advocatorum vitiis adduci, sed brevitatis temporis non patitur.

n. 9.

Pergo idcirco ad tertiam personam accidentalem, quae Procurator dicitur, à procurando, quae alterius administrat negotia ex mandato Domini. *l. 1. in pr. ff. de procurat.* unde apparet quod nomen procurator in jure vel generaliter, vel specialiter capiatur, & quidem in d. l. generaliter, ubi scilicet unumquodque gestum, sive sit judiciale, sive extrajudiciale comprehendit. *Mynsing. ad inst. de his per quos ager. poss. n. 1. ad §. procurator.* Ego verò hic ago de Procuratore ad acta & gesta judicialia pertinente, quod & hujus dissertationis indicat titulus, de quo antequam forum fundatur præprimis quaeritur, utrum videlicet idoneus sit Procurator nec ne, *Vves. ad D. procurat. n. 1.* daturque contra ipsum exceptio dilatoria, ita ut qualitates suas docere teneatur, sub poena falsi; Hunc Procuratorem in specie acceptum, definitio, quod sit persona judicialis ad litem cum valido mandato constituta, principalis sui causam in judicio administrans. Ut enim procuratores mandatum habentes veri procuratores vocantur. *per text. l. 56. ff. de jud.* ita è contrario falsus procurator dicitur,

Tertia personae
accidentalis.

n. 1.

n. 2.

n. 3.

D 3

quii

qui sine mandato quid agit. *arg. l. 43. §. 1. l. si jussu. 44. ff. de furt. l. 19. C. eod.* quod & dictum sit simul de illo procuratore, qui quidem mandatum habet, & si fortè sit revocatum. *c. 4. X. de procurat. administrando tamen suum exercet officium. l. 33. §. 1. ff. de procurat.*

n. 4.

Quomodo verò differat ab Advocato, id communis docet praxis, quod scilicet procurator tantum vulgares operas in tractanda & sollicitanda causa præstet, Advocatus verò ex singulari doctrina, laudabili ac honestissima arte causam ex jure defendat. *l. 4. cum seqq. C. de Advocat. indè in jure nostro Clarissimi & Nobilissimi appellantur. l. 7. C. de postul. l. 1. C. de Advoc.*

n. 5.

Quod attinet Procuratorem, possent quidem variae divisiones procuratoris adduci, quatenus scilicet in genere consideratur, sed hæc acceptio generalis remota est, & hic solum de procuratore ago specialiter, quatenus in judicio locum habet, & Procurator litis dicitur. *l. 43. in pr. ff. de procurat.* qui est vel generalis, videlicet omnium litium seu actionum. *l. 60. ff. eod. tit.* vel specialis. *vide Habn. ad VVes de procurat. n. 3.* qui ad unam datur litem. Idemque Procurator vel constituitur in rem suam vel rem alienam. *l. 33. §. fin. d. tit.*

n. 6.

Procuratorem constituit Dominus litis, cui liberum est, quem velit eligere, modo sit talis, qui legitimam personam standi in judicio habet. *l. 43. ff. de procurat.* de quibus prolixè videri potest *Manz. de procurat.* Hoc verò monendum, quod hodiè ut in Camera Imperiali, sic multis aliis in locis, ubi benè constituta sunt judicia ordinarii & jurati semel sint constituti procuratores, certusque eorum numerus, qui & inviti tenentur

tur

tur causas acceptare & sollicitare, præsertim pauperum, cò enim à Iudice compelli possunt sub pœna privationis procuratorii, ita tamen, ut ordinem inter illos observet; ne unus præ altero huiusmodi oneretur causis. Quotuplex verò hæc vox procuratoris accipiatur cui lubet videre, recurrere poterit ad Hodogetam Magnifici ac Amplissimi Dn. D. Rebhanii, præceptoris mei nunquam sat laudati, qui passim harum personarum ad iudicium pertinentium homonymias ac synonymias eleganter atque sufficienter tradidit. Ego verò quamvis hanc materiam libenter latius deducere voluissem, ob angustiam temporis filum abrupte coactus fui, idcirco veniam ab æquo lectore peto, & latiore aliquando suppletionem & dextram interpretationem polliceor.

n. 7.



Corollaria.

1. *Num infamis possit esse procurator? dist.*
2. *Num primus inventor præferatur emendatori? Negatur.*
3. *Num illud privilegium, quod imperator studiosis juris tribuit, etiam honores doctorales contineat, idq; ex jure civili possit probari? affirmatur. imò ipsa vox.*
4. *Num per procuratorem actio acquiratur Domino? Negatur.*




1. 17.

... in casibus...
... ad animam...
... in presentibus...
... ut ordinem...
... in casibus...
... in presentibus...
... ut ordinem...
... in casibus...
... in presentibus...
... ut ordinem...
... in casibus...
... in presentibus...
... ut ordinem...
... in casibus...
... in presentibus...
... ut ordinem...



Corollaria.

1. Item...
2. Item...
3. Item...
4. Item...




178

K
U
Z







Strassburg, Diss., 1668-69

ULB Halle

3

004 791 584



f

TA → OL

neu 1+23 Stück verknüpft

VD 7







DISPUTATIO INAUGURALIS
JURIDICA,

710.

1669, 8. xxxi.

De

PERSONIS AD JU-
DICIIUM PERTI-
NENTIBUS.

25

SUB PRÆSIDIO DIVINO

Auctoritate & decreto

Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi, atq;
Consultissimi Jctorum ordinis in floren-
tissima ac celeberrima

ARGENTORATENSIVM UNIVERSITATE

pro summis in utroque jure Honoribus & privilegiis Docto-
ralibus ritè legitimeque obtinendis

publica ac SOLENNI disquisitioni submissa

ab

ALEXANDRO JOH. GROLMANNO,
Marco Westphalo.

Ad diem Mensis Augusti.

Horis locoque consuetis.



ARGENTORATI,

Literis GEORGII ANDREÆ DOLHOPFFII

Imprimebat JOHANNES Schüg.

ANNO M. DC. LXIX.